

XXXIV. MANSIO prope *Piers Bridge* et *Gainford*.Accedit *Cliffe*.

Ut in occidentali insulae Britannicae parte per viam Romanam eam, quam dicunt *the Maiden Way*, ad regiones valli proceditur, ita in orientali ab Eburaco per Isurium (cap. XXIII) et Cataractonium (cap. XXIV) via Romana celeberrima directae est ad vallum et ultra vallum usque in Scotiam, *Watling Street* dicta ex parte etiam hodie extans, in itineralio imperatoris Antonini descripta quidem (p. 464, 1—466, 1), sed summam tantum. Tamen de eius viae tractu, ut iam supra dixi, dubitatio nulla iam restat, postquam Henricus MACLAUHLAN iussu ducis, qui tum erat, Northumbriae accuratissime eam descripsit et delineavit (*the Watling Street, the chief line of Roman communication leading across the counties of Durham and Northumberland from the river Swale to the Scotch Border; with enlarged plans of the stations and camps adjacent to the line. From the original surveys made by direction of H. G. the Duke of Northumberland, K. G., on occasion of the meeting of the Archaeological Institute at Newcastle-upon-Tyne, in 1852.* Lond. 1852 8. et fol.). Atque de ea eius parte, quae a fluvio *Swale* prope Cataractonium ad *Tees* fluvium tendit, supra iam relatam est (cap. XXIV). In ipsa *Tees* fluvii ripa septentrionali, ad *Piers bridge* vicum a ponte Romano ita appellatum castrorum reliquiae conspicuae extant (cf. Goughs Camden 3 p. 359; Bruce wall p. 353). Mansionum itinerarii nulla in eum locum quadrat; tituli ibi detecti duo (n. 419. 420), quibuscum coniunxi non procul inde in *Cliffe* in altera *Tees* fluvii ripa repertum (n. 421) itemque singularem in *Gainford* oppido nuper eruderatum, militarium quidem hominum sunt, ut eius regionis paene omnes, sed ne numerum quidem certum aliquem militum enuntiant, unde de loci nomine coniectura fieri possit (nisi latet in titulo n. 422). Itaque prorsus incertum est, quod cum Horsleio Hodgson alique *Magas* vel *Magis* ibi collocaverunt, secundum notitiam (p. 113* 17 cf. Böcking p. 876*) stationem numeri Pacensium, itemque fortasse nominatam in itineralio vasis Rudgensis (*a Mais*).

Quoniam loci hoc capite tractati primi sunt, qui ad comitatum Dunelmensem (*Durham*) pertinent, eius regionis scriptores, quos consului, hic enumerabo.

1. Guilelmus HUTCHINSON (*the history and antiquities of the county palatine of Durham.* Newcastle 1785. 1797. 1794 3 voll. 4.) titulos

419 Rep. ante aliquot annos (a. 1789) in a field prope *Piers bridge*, now built up in a wall near a cottage. Fragmentum altum dig. 9, latum circiter 5, litteris optimis.

M·D·O
M P C C

I. Cade *Archaeologia* 9, 1789 p. 289. Supplementa incerta sunt.

[*I(ovi) o(ptimo)*] *m(aximo) Do(liceno)? [Po]mp(eius) C[ornutus]*

420 Ara rep. prope *Piercebridge* s. *Piers bridge* (*Durham*, sed in ipso confinio comitatus *Yorkshire, Northriding*), ad fluvium *Tees*, in via Romana (*Watlingstreet*) a *Thornborough* ad *Binchester*, at *Oumby* sive *Cunsclyffe*, above the river to the north THOR. *Norwich* in *Magna Britannia* MUR. male.

D	𐌺	M
C O N D A T I		
A T T O N I V S		
Q V I N T I A N V S		
5	M E N E X C C I M P	
E X I V S S O L L · A		

R. Thoresby *philos. transact.* et ducat. Leod. ed. Whitaker append. p. 116

fig. 4 (inde Th. Gale itin. Anton. p. 50; Horsley p. 296 *Durh.* 32; Mur. 895, 6; Goughs Camden 3 p. 359; Mackenzie et Ross 1 p. 189).

6 EXIV. S. SOLLXA Horsl. (om. totum Mur.). Propter formulam hanc initio non puto solvendum esse *d(is) M(anibus)*. *Mars Condates* fortasse numen tutelare erat confluentium fluvii *Tees* et rivi alicuius minoris, quem ex tabulis geographicis video prope *Piers bridge* influere in illum; nam satis constat eo vocabulo indicari Celtice confluentes. Non ita male igitur de loci nomine cogitaverunt Thoresby et Gale; nihil enim obstat quod alibi quoque in Britannia, ut in Galliis saepe, nomen illud redit, scilicet ad confluentes fluvios duos designandos adhibitum; neque recte Horsleius, alioquin sanissimi iudicii vir, hoc loco iis oblocutus est ratus defuncto nomen *Condato* fuisse, *Attonium Quintianum* vero eum qui aram posuisset. Ad v. 6 Marini Arv. p. 297, 41 haec adnotat 'sarebbe egli mai un mensor ex circitoribus?' Rectam explicationem proposuit Mommsenus.

D(eo) M(arti)? Condati Attonius Quintianus men(sor) ex CC(ducenario) imp(eratoris) ex iusso l(aetus) (libens) m(erito)

fere desumpsit ex Horsleio, quanquam sunt etiam quos ipse viderit.

2. Robertus SURTEES (*the history and antiquities of the county palatine of Durham.* Lond. 1816—1840 4 voll. fol.) in opere suo splendido quos profert titulos paene omnes ex Horsleio habuit.

3. E. MACKENZIE et M. ROSS (*an historical, topographical and descriptive view of the county palatine of Durham* cet. Newcastle-upon-Tyne 1834 2 voll. 4.) titulos omnino desumpserunt a prioribus.

4. Iac. RAINE (*the history and antiquities of North Durham* cet. Lond. 1852 fol.), editor Hodgsonis (v. infra praef. ad vallum Hadriani), de locis eorumque historia accurate agit, titulos vero non profert.

De *Gainford* oppido scripsit

5. Ioh. Ric. WALBRAN (*the antiquities of Gainford in the county of Durham* cet. Lond. 1846 8. cf. *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 184 ss.); titulus vero (n. 422) tum nondum erat repertus. Prope *Darlington* urbem vicinam vestigia viarum Romanarum supersunt, vide

6. W. Hylton D. LONGSTAFFE (*the history and antiquities of the parish of Darlington.* Lond. 1854 4.); sed tituli ibi prodierunt nulli.

In bibliotheca capitulari *Durham* urbis servantur tituli inscripti circiter quadraginta, plerique reperti in stationibus vicinis, una cum tegulis nonnullis et supellectilis antiquae exemplis variis; ipsa autem urbs, quanquam sita loco natura ipsa munitissimo itemque amoenissimo, reliquias Romanas habet nullas. Extat ibi praeterea societas architectonica et archaeologica (*the Durham and Northumberland architectural and archaeological society*), cuius vidi acta impressa (Lond. 1863 8.); antiquitates Romanas paucas continent ad Northumbriam spectantes. Titulos bibliothecae capitularis descripsi a praefectis eius liberaliter adiutus; eum autem virum, qui antiquitates *Dunelmenses* nunc quam maxime curat, Guil. GREENWELL canonicum, tum cum ego ibi fui absentem fuisse aegre fero. Profuit etiam tabula comitatus *Dunelmensis* geographica accuratissime facta, quae in conventu instituti archaeologici Britannici in *Newcastle* a. 1852 habito proposita est (*Archaeological Institute of Great Britain and Ireland, Newcastle-upon-Tyne meeting 1852* vol. 1 *miscellaneous papers* Lond. 1858 8.; cf. praefatio ad vallum Hadriani n. 17).

Fragmentum altum dig. 9, latum circiter 5, litteris optimis.

421 *Cliffe, Yorkshire*, m. p. a castris prope *Piersbridge*.

M

R A C I I I

O I N A T O

M A V S V P E R

5 XXII · A V R E L I A

I L L A C O N

I F A C I E N D

V M C V R A V I T

Fuitne [*F*]aci[*l*]i o[*rd*]inato [*ex Ger*]man[*ia*] super[*iore ann(orum)*] XXII Aurelia [*Fad*]illa con[*ug*]i faciendum curavit?

Gent. mag. 22, 1844 p. 24 (inde *Scarth assoc. journ.* 22, 1866 p. 196).